



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

C. xiiii. Quid signum: & de somno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Ad pulchrā
deductionem
q̄ opera q̄ mi-
racula vident
ex occulta na-
ture dispōne
pcedunt.

Boetius in fi.
vl. x. liij.

1. Corin. j.

Cometa.

Comitia dice-
bant q̄ fiebāt
rome kal. Jan-
nuarij ad creā-
dū magistratū
vbi vniuersi
cōueniebāt.
Ione p̄ totū.

Joan. ij. ca.

1. Corin. j.

Signū qd̄ est

stiterunt: suo priuat effectū. ¶ Insunt itaq; rebus seminales eue-
tuum cause: & originarie rationes: que preordinato tempore in
suos procedunt effectū. Ex eo quidem mirabiles: non q̄ nullas:
sed q̄ occultissimas habeant rationes. Humor siquidem de inti-
mis terre viscerib; ab arborum vel vinearum radicibus appeti-
tiua quadam virtute attrahitur: deinde quadam distributione
nature dirigif per plantarum membra: & cum sua decoctione
profecerit turgescit in surculos: & que ad sustentationem sui nō
indiget: in folia & fructus emittit: qui cum maturuerint/ in mu-
sta despumant: & sic per interualla temporum cōsuetō vsu vina
parturiunt. ¶ Si vero occulta dei quibusdam nature curri-
lis/ digestus & maturatus humor absq; temporis interstitio in
opinatum vertatur in vinum/ miraculum quidem est: quia alti-
tudo diuine dispensationis nostrū transcendit intellectum. Sed
vt ait sapiēs: cedat in scitie nubilus error/ cessant profecto mira
videri. Non tamen mirabilium dei fidem vel auctoritatem in-
fringo: sed altitudinem diuitiarum sapientie & scientie sue ple-
na humilitate veneror & ammiror: sciens quia quod stultum
est dei/ sapientius est hominibus. In multis etenim labi/ huma-
na infirmitas est/ sicut in nullo aliter sentire q̄ res se habeat/ āge-
lica vel diuina perfectio.

¶ Q̄ deus signis suā premunire dignaf creaturā. Capi. XIII.



¶ Hoc quoq; diuina miseratio est: q̄ signorum suorū in-
ditio ignorantiam nostram quandoq; premunit. Co-
meta siquidem apparente/ creduntur imminere con-
iuitia. An ignoras terris mutātem regna cometam?
Italie quoq; imminente excidio que signa cōtigerint: non nescit
quisquis aliquatenus rerum publicarum hystorias attigit: hy-
storiconum volumina que de rebus memorabilib; scribuntur:
plena prodigiis sūt & ostentis. Deniq; sub helya & helyseo mul-
ta fidei & virtutis signa precessisse nō ambigis. Niniuite quoq;
signorum iudiciis penitentiam egerunt in predicatione iōne.
Infidelitas namq; signorum argumentis erigitur: & fides tene-
ra eisdē roboratur: vnde illud: qd̄ signū ostēdis nobis? Et iudei
signa querūt: greci sapientiam.

¶ Quid signum: & de somno.

Capitulū. XIII.



¶ Ic vero intelliguntur signa quecunq; quouis iudicio
diuinam homini innuunt volūtatem. Signum siqui-
dem est quod seipsum sensui: & preter se aliquid ani-
mo ostendit. Quedam tamē signa sunt que nulli cor

poralium sensuum aliquid ostendunt: sed animo cuiuscumque rei specie mediante: aut citra medii difficultatem verum falsum frequenter ingerunt. Signa etenim interdum vera: interdum falsa sunt. Quis nescit somnionum varias esse significaciones: quas & usus approbat: et maiorum confirmat auctoritas? In eis utique quoniam somnus est animales virtutes sine sensus qui dicuntur corporis et sunt anime quiescunt: sed naturales intenduntur. Contingit interim ut animus corporis exercitio releuatus in seipsum liberius redeat: et veritatem nunc per figuras et enigmata: nunc immediata facie licentius contempletur. Quod et illum non latuit qui somni depingens portas: alteram eburneam: alteram corneam finxerit: cum & cornu sit pennium visui/ qui non frequenter errat: & ebur nature densioris: & usque ad extremam tenuitatem rasum nullo visus acumine penetretur. Hoc quidem detibus: illud oculis verioribus similis est. Hinc vera somnia: hinc falsa ad celum mittunt insomnia manes.

De speciebus somnionum / & causis / & figuris / & significacionibus. Capitulum. XV.

Sunt autem multe species somnionum: & multiplices cause: & varie figure & significaciones. Aut enim insomnium: aut fantasma: aut somnium / aut oraculum: aut visio est. Porro insomnia ex ebrietate vel crapula: aut variis passionibus corporis / affectuumque tumultibus & reliquiis cogitationum frequentissime oriuntur. Unde & male sanis amantium mentibus insomnia nunquam desunt: quod prudenter innuit maro. Anna soror que me suspensam: insomnia terrenis. Multa viri virtus animo multosque rearsat: gentis honos / herent infixi in pectore vultus. Verbaque nec placidam / membris dat cura quietem. Hanc quoque dolentium: aut gaudentium: aut quos timoris vexat angustia: aut imoderate cupidinis ardor accendit non pretereunt passionem. **F**antasma est cum rerum ignote videntur species: qualitate vel quantitate: aut partium modo vel numero a natura discrepantes: ut si forte nec pes / nec caput viri reddatur forme dum tetrum desinit in piscem: mulier formosa superne. Has quidem species ex infirmitate mentis & corporis tradunt phisici provenire: eanimque causas magis attendunt quam ex eis aliquas significaciones. In quo genere & ephialtes / quo quis variis pressuris quodam quasi interuigilio sed somno potius inquieto / opinans se vigilare cum dormiat putatur ab aliis quo interim pregruari conuenerandum arbitrantur. Queque

Insomnia

Insomnia

Insomnia

Insomnia

Insomnia vbi
proveniunt.

Virgil. in pnc
ci. qru lib.

Fantasma
quid est.

Fantasma vbi
procedat.

Virgil. in pnc
ci. qru lib.